



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 50. Ejusdem oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. duntaxat missum consilio, ut amplis suis
A. C. 1406. promissis, quæ tamen Benedictus Domi-
nus ejus nunquam præstare intenderet,
inani ludificatione pacis negotium remo-
retur.

§. L.

*Oratio Cardinalis in pleno confessu
dicta.*

Tandem vero obtenta dicendi copia in
pleno confessu legationis suæ argu-
mentum exposuit, atque die vigesima nona
Aprilis latinam declamavit orationem, sed
nonnisi elumbem illam, atque insipidam,
Benedictum enim usque ad sydera extu-
lit, animum ejus ad Ecclesiæ unionem
optime affectum jactitans, cunctaque ejus
studia & labores pro bono Ecclesiæ ex-
antlatos, præcipue vero iter in Italiam
nuperrime amore pacis maximo cum in-
commodo suscepimus deprædicans. Dum
econtra venditatis hujus meritis acerbias
in Innocentium Papam invectus, eundem
omni studio deprimere conabatur, tan-
dem suo sermoni colophonem imponens,
totum confessum obtestatur, ut, si schisma
extinctum vellet, non nisi Benedicti
partibus adhæreret.

§. LI.

§. LI.

Sæcul. XV.
A. C. 1406.*Joannes Parvus nomine Universitatis
respondet.*

Cardinalis Legati verba tam exigui cre- *Hist. Uni-*
 debantur momenti, ac ponderis, ut *veri. Paris.*
 ea publico responso excipiendi Univer- *tom. IV.*
 sitas ægre admodum veniam a Rege *pag. 120.*
 obtinuerit; qua tamen data die decima
 septima Maji Academiæ nomine Joa-
 nes Parvus Ordinis S. Francisci Alumnus
 Parisiensis Doctor in præsentia Princi- *Monach.*
 pulm orationem habuit, & refutatis o- *S. Dionys.*
 mnibus, quæ Cardinalis de Chalanto pro- *I. 26. c. 1. 2.*
 posuerat, totam rei summam ad tres & 3.
 revocavit articulos. I. Universitatis To-
 losanae Epistolam, quam contra cessionis
 viam confecisset, tanquam Regi ac regno
 injuriosam, esse damnandam. II. Eccle-
 siam Gallicanam ab exactionibus, quibus
 Benedictus eam opprimere cœpisset, ex-
 onerandam esse. III. Subtractionem o-
 bedientiæ, prout antehac factum fuisset,
 denuo innovandam. Circa secundum
 Articulum ultro, citroque acriter discepta-
 tum est; in hoc enim confessu non pauci,
 quibus etiam non modica pars auri ex
 Francia extorti per Benedictum obvene-
 rat, numerabantur; quocirca ut semoto
 partium studio dijudicaretur cauſa,
 Princi-